

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amicicia cf
cum fonte primo

Qui se spectat et propter hoc
ad amiciciam uenit, male cogitat.
Quemadmodum cepit, sic desinet.

Necesse est ut inicia inter se et exitus congruant. ←

Qui enim utilitatis causa assumptus est,
tamdiu placebit, quamdiu utilis fuerit.
Hac re florentes amicorum turba circumsedit,
circa euersos solitudo est, et inde amici fugiunt
ubi probantur.

Seneca IX. epistola ad Lucillum.

Qui se spectat et propter hoc
ad amicitiam venit male cogitat.
Quemadmodum coepit, sic desinet:
paravit amicum aduersum vincla laturum opem;
cum primum crepuerit catena, discedet.

Hae sunt amicitiae quas temporarias
populus appellat;
qui utilitatis causa adsumptus est
tamdiu placebit quamdiu utilis fuerit.
Hac re florentes amicorum turba circumsedet,
circa eversos solitudo est, et inde amici fugiunt
ubi probantur;

hac re ista tot nefaria exempla sunt aliorum metu
relinquentium, aliorum metu prodentium.

→ Necesse est inicia inter se et exitus congruant:
qui amicus esse coepit quia expedit <et desinet
quia expedit>; placebit aliquod pretium contra
amicitiam, si ullum in illa placet praeter ipsam.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae
morales*, 9.8-9 (L. Reynolds ed., vol.1, pp.18-19,
ll.22-27, 1-7).